

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Louis Bourguet an August Hermann Francke.

Bourguet, Louis

Morges, 18.03.1721

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-55955](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-55955)

18. März 1721
Vir Illustrissime Excellentissime Domine

Mense nouembri anni elapsi litteras Tuas
Vir Illustrissime mihi perquam gratissimas
accepi; quibus statim responsum dare variis
negotius distractus haud potui. Epistolam eo
ipso tempore D. D. Missionariorum litteris re-
ponsoriam exarabam, quarum primum exem-
plar Anglia anno penultimo acceperam sed
variis de causis hucusque eandem mittendi
differre coactus sum. At, cum finem Epistola
mea fere imposuisssem, ecce aduolant alia D.
Gründler litterae, quas Germania Tabellarium
paucis abhinc diebus reddidit. Responso-
nis tandem meae originale ad D. Neuman socie-
tatis anglica de propaganda Christi cogni-
tione Secretarium Londinum misi. Apogra-
phum vero manu propria subscriptum ad Te
Vir Illustrissime mittendum duxi, ut si Tibi
visum fuerit D. Gründler, alia via, illud reci-
piat. B. D. Liegenbalgi obitum magnarum
animi dolore per amicum perceperam, ac cum
aliis, qui Missionem illa delectantur D. V. M.
venerabar, quod paulo post piissimi illius senis
Christi serui mortem, tres noui operarii Fran-
quebariam petiuerint. Vtique optandum

est

est, ut alios idoneos adhuc mittantur. De
libris illis, quos ad Reuerendos Missiona-
rios miseram, non erat, Vir Excellentis-
sime, quod mihi gratias ageres. Cum
is Muhamedanismum minus notum et
eos ex Relationibus linguarum Orientalium
Grammaticas desiderare vidissem, statim
libros fere omnes Orientales Roma et Venetiis
a me collectos, eis destinaveram. Nunc quo-
que alios paravi, sed ne actum agam,
catalogum Bibliothecae eorum mecum com-
municares optarem. Golii Lexicon inter
hos adnumerabatur, at ex XVI Relatione,
quam praeterita hebdomada accepi, D. Netman
illud iam ante biennium misisse comperio.
Igitur hesitabundus expectabo, donec Catalogum
illum nactus fuerim.

Sperandum est, annuente Deo, fore ut aliquando
při Missionarii Muhamedanismum cum suc-
cessu adgrediantur. Et cum in priori eorum Episto-
la, mihi veniam dedissent, ad eos scribendi, qua
methodo cum Mauris disputandum esse putarem,
illud inclusis significavi. Quod si e re fore
existimaveris Vir Illustrissime, ut inscripta
methodus apographum ad TB mittatur, illud
breui post gratissimum responsum accipies.

Quando-

Quandoquidem multi viri pii linguam Germanicam ignorantes, cognoscendi tamen Missionis relationem ardenti desiderio veneantur. Versiōnem Gallicam, eorum gratiā, propediem incipiendam cum bono deo, mihi proposui. Verum ne nationis genio minus conueniens existat Germanicum originale minus verbotenus sequendum existimo. Sed primum historiam Missionis a principio ad hoc usque tempus condendam; deinde D. J. Missionariorum et Indicorum philosophorum Epistolas selectas, ~~selectas~~ dialogos denique vel omnes, vel praecipuos vertere, et indicem connectere, ne Relationis filum abruptatur.

Attamen ut perfectiorem Missionis historiam absolueri possem, Tractatum p. 48 Relat. XIII designatarum apographa vehementer optarem. praecipue vero primi, quarti, quinti et noni. Ad hoc aptissimum etiam esset, dissertationis P. D. Joach. Langii S. Theol. Professoris vestri de conuersione Gentium, Franquebaria impressa, communicatio. Tractatum descriptorem liberali soluerem animo. Eandem Excellentissimis per D. V. M. oro atque obtestor, ut mihi in hocce proposito, si fieri potest, morem gereres. Sin minus id fieri nequit, editis tantum relationibus utar.

Nam ante biennium P. D. Christianum Theophilum Unger, dum viueret Ecclesiae Pastor in

in Herrenlaurschitz et Ritzsch ducatus Wolauiæ
prope Breslaviam quinque Ludouicos aureos
meo nomine R. D. Francken, pro Missione
soluerit, scire aucto.

Antequam hisce finem imponam, monen-
dus es, Vir Illustrissimo, quod non sim Ecce-
lesiasta, quemadmodum R. R. D. D. Missionarii
putarunt quamquam a iuuentute variis
studiis additus fuerim. Olim mercatura
deditus, nunc Philosophiæ et Religioni.

Si quid noui habes, quod Euangelium pro-
gressus gratissimum feceris, id si signifi-
care digneris. His vale Vir Illustrissi-
me, Excellentissime Domine Teque
diu seruet Deus incolumem, me quoque
tibi commendatum velim, utpote qui sum

Dabam Morgis Nominis Tui Excellen-
tissimi
die 18 Martii 1721
negotiorum quorundam
gratia Neocomi abfui
per menses quatuor
neque an venturo Aprili
reuertar dicere possum.

Cultor addictissimus

Ludovicus Bourguet